Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26771
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in duas glorias. et sic fiat ut ad uigilias. dominica semper a
uicesimo incipiatur. Ad terciam uero. sextam et nonam
secunde ferie nouem capitula que residua sunt de cente
simo octauo decimo. duobus diebus. id est dominica
et secunda feria. Tercia feria iam ad terciam. sextam. uel
nonam. psallantur terni psalmi a centesimo nono
decimo usque ad centesimum uicesimum septimum. id est
quinque psalmi semper usque ad dominicam per easdem horas
itidem repetantur hymnorum nichilominus. lectionum
uel uersuum dispositione uniformi cunctis diebus seruata
Ita scilicet ut semper dominica a centesimo. octauo decimo
incipiatur. uespera autem cotidie iiii. psalmorum modula
tione canatur. qui psalmi incipiantur a centesimo
nono usque ad centesimum quadragesimum septimum. exceptis
hiis qui in diuersis horis ex eis sequestrantur. id est
a centesimo septimo decimo. usque ad centesimum uicesi
mum septimum et centesimum tricesimum tercium. et centesimum
quadragesimum secundum. Reliqui omnes in uespera dicendi sunt
qui in numero supra scripto fortiores inueniuntur. Item cen
tesimus tricesimus octauus. et centesimus quadragesimus
tercius. et centesimus quadragesimus quartus. Centesi
mus uero sextus decimus quia paruus est cum centesimo
quinto decimo iungatur. Digesto ergo ordine psal
morum. reliqua. id est lectiones. responsoria. hymnum. uersiculo. uel canti
ca sicut supra taxauimus impleantur. Ad completorium
uero idem psalmi repetantur cotidie. id est quartus et no
nagesimus et centesimus tricesimus tercius. Disposito igitur
ordine psalmodie diurne. reliqui omnes psalmi qui su

persunt equaliter